



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Dolanus n. 15 [i. e. 16]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*verba sunt) ne Societatis Missionem reuocari pateretur ; sed contra iuberet eam confirmari, ad emolumentum spirituale, bonorumque ciuium consolationem. Fatebantur enim, Patres ad se missos magno totius ciuitatis commodo ita desudare in conuellenda Hæreticorum prauitate, ac Catholicæ rei dignitate restituenda, vt Ecclesia Dei magnum in dies sentiret incrementum. Sic illi apud Imag. I. sec. Soc. lib. 6. fol. 889.*

*Et labor in  
conuellen-  
dis hære-  
bus, & si-  
dei digni-  
tate insti-  
tuenda.*

*Commen-  
datur So-  
cietas ex  
maiori pre-  
ceteris fru-  
stu:*

16. A SENATORE DOLANO *Clarissimo in amplissimo Se-*  
*natu, ceterorumque Vrbis Magistratum confessu pronunciente, Plus*  
*fructuosæ operæ, ac necessariæ opis in rem Christianam con-*  
*tribui ab vnica Societate, quam ab vniuersis ceteris religiosi*  
*Instituti familijs. Et postea addit. Hunc Patrum Ordinem*  
*vniuerso esse Orbi utilissimum, adeoque etiam necessarium :*  
*cui fouendo, multiplicandoque omnes ijsdem legibus teneri,*  
*quibus rem Christianam sartam, tutamque velle, ac præstare*  
*deberent ; eoque sibi persuasissimum esse, subministrando*  
*Societati operarum supplemento, non Religionis modote-*  
*nendæ, sed status etiam publici conseruandi nomine, à cu-*  
*iuscumque gradus hominibus liberos suos, atque in ijs natu*  
*maximos, sponte alacriterque esse deouendos. Hæc ille in*  
*Annal. Soc. ann. 1612. fol. 645.*

*Ex labori-*  
*bis.*

*Ex veloci-  
tate nubiū,  
& Angelo-  
rum instar.  
Isai. 18. 2.*

*Ex opposi-  
zione cum  
Lutherò.*

17. A IOANNE SOLORZANO *Regio Senatore ac scriptore*  
*doctissimo Tom. I. de Indiar. Iure lib. I. cap. 15. num. 22. vbi agens de*  
*expeditione Orientali, hec scribit. Quâ in expeditione cum mul-*  
*tum laborauerint Religiosissimi Patres Societatis IESV, teste*  
*Lumnio, eis congruere, ait, appellationem Angelorum ve-*  
*locium, de quibus loquitur Isaías cap. 18. & Nubium volan-*  
*tium, &c. Et Ibidem cap. 16. num. 84. Vbi Lutherus (inquit)*  
*diram tot hæresum labem per Germaniam euomuit, Beatissi-*  
*mum Hispaniæ decus Ignatium à Loyola suæ Societatis In-*  
*stituta, & milites præparasse, qui aduersus perfidum illum*  
*Hæresiarcham, & eius sequaces, & verbo, & scriptis ut fa-*  
*ciunt, & fecerunt semper acriter, & feliciter decertarent. Et*

*postea*